

**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Caput 97. Argumentum octuagesimum septimum. Ex tribus primis  
propositionibus, ab eodem Innocentio XI. proscriptis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73212](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73212)

*Quo remediū relapsibus adhibendi, docet absolutio-*  
*nem non negandam, differendam vē. Nam idem*  
*Author damnati Pentalogi sui cap. 7. ne cavenda*  
*quidem reincidentia titulo abolutionem dīsterrī*  
*vult, dum consuetudinarius, ex statuto sue Re-*  
*ligionis, vel ratione beneficii, vel ad lucrandam*  
*indulgentiam plenariam (cujus lucranda occasio*  
*in magnis oppidis singulis penè Dominicis & Fe-*  
*llis, inq̄ frequentius adhuc occurrit) cōmu-*  
*nicare debet, vel celebrare.*

<sup>1098</sup> Accedit, quod idem Author (ut suprā obser-  
vavi) alterā manu retrahat, quod unā concedit,  
dum absolutionis dilationem, etiam cavendae reincidentiae  
titulo factam, dicit esse remedium violen-  
tum, magis periculorum, quam sit absolutio in-  
dilata concessa; ideoque vix vel rarissime adhibi-  
bendum. Quam laxitatem etiam extendit ad illū  
consuetudinarū, qui sibi promisit dimittere  
occasione proximam peccandi, nec dimisit; eui,  
tūrus idem promittenti, dicit fidem adhibendam,  
nec absolutionem titulo indispositionis differen-  
dam, sed titulo cavendae reincidentiae, ut videtur est  
in codem Pentalogi cap. 6. in fine. Sed hoc ite-  
rū alterā manu cap. 4. in fine retrahit, dum ibi  
dēm ait, quod Minister Sacramenti, titulo Medi-  
ci, magis obligatur ad sanandam maculam ex pec-  
cato commissō p̄sente, dando abolutionem....  
quam præfervare à reincidentia, &c.

<sup>1099</sup> Magis proinde æquitate, nec minori sanioris  
doctrina zelo, duo Illustrissimi Episcopi, Tornacensis  
& Atrebateni, tam Caroli ab Assumptione,  
quam Henegueri, doctrinam, variis ipsorum  
libellis editam, tamquam ab Ecclesia damnatam,  
nimiamque laxitatem p̄ se ferentem,  
suis in Diocesibus sub poena excommunicationis  
prohibuerunt, scriptisque solidissimis confutarunt.

## C A P U T X C V I I .

*Argumentum octuagesimum septimum.**Ex tribus primis propositionibus, ab eodem*  
*Innocentio XI. proscriptis.*

<sup>1100</sup> Tres primæ propositiones ab codem S. D. Inno-  
centio XI. condemnatae sunt. Prima: Non  
est illicitum, in Sacramentis conferendis, sequi opini-  
onem probabilem de valore Sacramenti, reliqua  
tutore, nisi id veler lex, conventione, aut pericu-  
lum gravis danni incurriendi. Hinc sententia proba-  
bilis tantum utendum non est in collatione Baptis-  
mi, Ordinis Sacerdotali, aut Episcopalis.

Secunda: Probabiliter existimo. Judicem posse ju-  
dicare juxta opinionem, etiam minus probabilem.

Tertia: Generatio dum probabilitate, sive in-  
trinsicā, sive extrinsecā, quantumvis tenuis modo à  
probabilitatis finibus non excatur, consili aliquid agi-  
mus, semper prudenter agimus. Tres hacte propo-  
sitiones Innocentius XI. damnavit ut scandalolosas,  
& in praxi pernicioſas.

<sup>1101</sup> Ex prima infero, esse illicitum, in administra-  
tione Sacramenti Pœnitentia, sequi opinionem  
Adversariorum, quæ dicit, consuetudinarios &  
recidivos, etiam post centenos relapsos, facile & citè post confessionem contingentes, ordinariè  
statim absolvendos, si dicant seclē dispositos, dum  
ratio manifesta non est in contrarium. Si enim  
licitum foret opinionem illam sequi in praxi, li-  
citum foret, in collatione seu administratione Sa-  
cramenti Pœnitentia, sequi opinionem probabi-  
lem, reliqua tutore quoad valorem. Atqui prima  
propositio damnata, quæ dicit, reliqua tutore,  
hanc dubè id dicit de tutore quoad valorem, ut  
confitit ex antithesis, quæ in ea fit, inter opinio-  
nem probabilem de valore & contraria tutio-  
rem: quæ antithesis non cœlē bona, nisi, mo-  
mine opinionis tutioris, intelligetur tutior quoad

valorem, sicut nomine *opinionis probabilis* intel-  
ligitur probabilis quoad valorem. Probatur ma-  
jor, quia opinio nostra, quæ dicit, illos consuetu-  
dinarios & recidivos non esse credendos dispositos,  
ideoque non statim absolvendos, si non est  
moraliiter certa (ob argumenta haētenus deducta)  
falem est probabilis, & valde probabilis (utpote  
tot & tantis argumentis suffulta, atque à tot &  
tantis Doctoribus, Cardinalibus & Episcopis tra-  
dicta) neque hoc nisi temerarius negare potest.  
Estque haud dubie tutior quoad valorem Sacra-  
menti: cum eam sequendo nullum sit pericu-  
lum frustari valoris ipsius; quod periculum eo  
ipso conflat esse in praxi opinionis contrariae,  
quo conflat eam non esse certam, sed ad sum-  
mum probabilem, si tamen est probabilis (quod  
ob argumenta adducta & adducenda non conce-  
dimus.) Si ergo licitum foret, in collatione seu  
administratione Sacramenti Pœnitentia, reliqua  
opinione nostra, sequi opinionem Adversario-  
rum, licitum foret, in collatione seu administra-  
tione Sacramenti Pœnitentia, sequi opinionem  
probabilem de valore, reliqua tutiore quoad  
valorem. Quod damnatum est propositione illa  
prima.

Ex secunda propositione similiter infero, Ju-  
dicem sacramentalem, seu Confessariū, non  
potest ordinari judicare, consuetudinariū &  
recidivū, facilè & citè post confessionem in pri-  
mū criminū relabentem, esse dispositum (ad eo  
quæ abolutione dignum) ex eo quod Confessario  
dicat se esse tales, dum ratio manifesta non ap-  
paret in contrarium. Si enim id judicet, in cir-  
cumstantiis in quibus ratio probabilior, et si non  
manifesta, apparet in contrarium, judicat secundū  
opinione minus probabilem: utpote quæ  
eo ipso minus probabilis est, quo contra se  
rationem habet probabiliorē. Nec suppositum iſ-  
tud negari potest. Dum enim pœnitens dicit se  
dispositum, ratio probabilior Confessario æquē  
apparebit potest in contrarium, quam ipso in con-  
trarium apparet possum ratio manifesta, ut per se  
clarum est, & adhuc manifestabitur infra.

Ex tertia propositione infero, minima pro-  
babilitatem non sufficere Confessario, ad pruden-  
ter credendum pœnitentem esse dispositum, nec  
proinde ad ipsum prudenter absolvendum; im-  
probabilemque videri opinionem Caroli ab As-  
sumptione in sua Elucidationis prefatione, ejus  
demque Elucidationis decurso, non semel aientis,  
quod, cum error facti excusat per quancumque  
probabilitatem, minima probabilitas sufficit  
ad nos credendum leviter, pœnitentem esse contri-  
tum. Et sicut adorans hostiam, quam consecratam  
redit in solo verbo alterius, non facit injuriam  
sanctissimo Sacramento: sic qui pœnitentem absolu-  
vit, quem pœnitentem credit in solo verbo ipsius,  
Sacramento Pœnitentia non facit injuriam. Si eni-  
mī minima probabilitas sufficiat ad prudenter  
agendum, ubi Sacramenti valor & effectus peri-  
elatur, minima probabilitas generatim sufficit  
ad prudenter agendum. Quod Ecclesia iudicio  
scandalosum est, atque in praxi pernicioſum, &  
ut tale damnatum. Et quis scandalosum non ce-  
rebat, assertor, quod non faciat injuriam Christo,  
qui cum minima probabilitate adorat panem, longe  
probabiliter judicans non consecratum?

In damnatam proinde propositionem illam ter-  
tiā incidit Carolus ab Assumptione, dum affer-  
rit Confessariū debere credere pœnitenti, dicen-  
ti se dispositum, ipsumque absolvere, dum ratio  
manifesta non apparet in contrarium. Neque enim  
assertio ista potest esse vera, nisi vera sit propositio  
eiusdem num. precedenti relata. Quia si pœnitentis  
dicto fides adhibenda sit, quando ratio mani-  
facta non apparet in contrarium, eidem dicto si-

des adhibenda est, etiam quando ratio probabiliſſima, & prop̄ ad rationem manifestam accedit ( nondū tamē ad eam pervenientis ) apparet in contrarium. Ipsi proinde fides adhibenda est, & abſolutio impendenda, dum diēcum illud non facit nisi minimam probabilitatem ( cum facere non posſit nisi minimam probabilitatem, dum in contrarium apparet ratio adeo probabilis, ut prop̄ accedit ad manifestam rationem.) Igitur assertio iſa incidit in tertiam propositionem, ab Innocentio XI. damnatam.

C A P U T X C V I I I

*Argumentum octauagimum octavum*

Ex variis Censuris gravissimorum Galli

## *Episcoporum*

**nos** **C**ensuras illas habes suprà cap. 11. §. 6. Cùm  
caen Pirotus Jesuita in Apologia Casuifistoria  
sequentes docuillet propositiones : *Theologorum  
doctrina, de absolutione non neganda, magis  
etiam locum habet in iis qui repetitis sacerdoti juramen-  
tis, ebrietate, spuria, validum horum habitum  
& consuetudinem contrinxerunt. Quamvis enim  
illa confutatio, voluntate contracta, proxima ha-  
beat occasiois locum, quâ ad supradicta peccata  
propelluntur; sacerdoti tamen hec confutatio voluntaria  
dici non potest: cùm eas eoderint, ac deponerent  
opent.*

*Secunda: Non est necessarium, quod Confessor  
rius sibi persuadet, quod carentes executione man-  
dabit suum propositum, neque quod id judicet pro-  
babiliter: sed iustificat quod cogitat carentem illi-  
borum habere propositum generale, licet praesentia  
ipsum brevi relasurum. Contraria Janus in-  
tra doctrina tendit ad desperationem, & evertit Sa-  
cerdotium Confessorum, &c.*

Tertia: Debet ergo penitentem Sacerdos absolvere, tametsi in criminis relapsurum esse sentiat. Adiunct Theologus, quod licet de se penitentis iudicaret se brevi relapsuram, ipsum nihilominus tollere quoniam absolutione dignum esse, damnatio temporis confessionis peccatum ipsi de piccat. Quod enim verberentius simet iterum relapsurum, tanto studiis confutare debet ad confessionis remedium, et illius ope convalescat.

1106 Propositiones illas Illustrissimus D. Ludovicus Henricus de Gondrin, Archiepiscopus Senonesis, in Censura illius Apologiae hac censura notavit: *Propositiones periculosa sunt, ad vendam peccati libidinem excitatae, Sacramento ad virtutem penitentiae in injuryia, a iudicatore autoritate, quam in Sacerdotiis, tamquam Christi Ministeri, residen- destrahit, esque alienorum criminum participi- efficiunt.* Hac censura (cui vari Theologii rubri- ferunt) in Synodo Generali Senonenti, ad insti- tutionem ipsius Synodi, publicata fuit anno 1658.

1107 Simili censurā calēdē confinxerunt Vicarii Generales Eminentiss. D. Cardinalem Retzii, Archipiscopi Parisiensis, eique tuberfererunt (pratice ipsos) oculo insignes Theologæ Doctores, Gamchaus, Seguer, Gaudin, Gaucelin, Henault Alcaume, Richeteour, Louvet.

1108 Eadsdem vel scandalosis, vel falsis, vel errore  
vel contrarias Scripturæ sanctæ, mandatis Dei, &  
gulis Evangelii, Ecclesiæ Canonibus, & Patriis  
confut Annaes de Levi de Vantadour, Archiepiscopis  
pus Bituricensis.

1109 Eastem quoque velut *inducentes addandam* ep  
mis temeris *abolutionem* dannavit Aegidius, mol  
opus Ebroicenensis. Et velut crudeliter molit  
inducentes, Nicolaus, Episcopus Bellovacent  
Sicut & quinque Aquitanie Episcopi. Et Mag  
Vencens Episcopus, Antonius Godæus, &  
cumque ipsi Archiepiscopus Rothomagenis,  
Episcopi Aurelianensis, Andegavensis, Nive

nenis, Cabilonensis, Tullenensis, Lexoviensis, Cadorensis, Sueßionensis. Et Eminensiss. D. de Forbin de Janzon (dum esset Episcopus Diniensis) in censura Apologica. Et omnes penè Gallicorum Episcoporum in solennissimo frequentissimoque tonus Cleri Gallicani Conventu anni 1653. Episcopi Atrebatenensis censuram sequentem cap. subjecimus.

Præteritæ h[oc]c non possum verba, memoratu[m] digna, Episcopi Caboniensis in Epist. Pastoral. ad Confessor. sue Diœcesi, data anno 1672. Reptam hic quām possem fortissimè, quid toties ante dixi, nullatenus concedandam esse peccatoribus inveratatis temerariam. Et præcipitam abolutionem; et multum spatii relinquendum medicandi vestigia illorum plagiæ; nec posse nos alter agere, nisi omnino neglegam velutum illorum fatigatum negligi. principia Religionis maximè inviolabilia, cum aperio rerum confitissimam abusum. Quis enim aliud quam illas indigentissime trahant. Et padente profanationi Sacramentum exponunt, qui hoc conseruunt personis tam male dispositis, ut sunt peccatores inverterati, Et sanguinem Iesu Christi concedant fallaci iliorum verbo, cui non minima rem temporela tuō crederemus. Quid jure habet illis, qui pro tribunali adeo formidabili sedent, ut ibi non homini exercant iudicium, sed Domini, absolvere criminis, qui semper in criminib[us] suis habent? Quibus justitias sanctos Patres ludus est communio pacis, qui perpetuam faciunt penitentiem. Et relapsus in peccata circulum. Et qui consequenter in scispi jugiter circumseruentiam supremi Judicis? Non in vanum potestatem ligandi, neque ac solvendi nobis concessi Deus. Hanc autem dispensationem operis, non quoniam dolibet; at juxta eam voluntatem; que est (testis Gregorio) ut Confessarius pergitur motus divine gratiae in animabus. Et neminem absolvit in terra, nisi quem per veram Deum compunctionem visitat, Et quem in calo suâ reconciliacione Et pace dignum iudicat. Quapropter omnino necesse est ut in iis sit verus Et supernaturalis conversionis motus, qui includat dolorum ac detestationem omnium criminum commissorum, Et suorum positionum.... An antem dici possit dolorum de pretrerito. Et proprium de futuro est vera, dum pertinet se non emendat, ut semper, ut canis ad vomitum, ad priora sua via revertitur? Si confessio est quod Confessarius non posset ei credere sine maxima imprudentia, Et certo profanationi periculis. Hoc ne eruerit, misericordia penitentibus ab his non diffirat, Et bona illorum opera aliquamdiu experientur, bonane Et firma sit coram voluntate, donec, explorando moxat, vera fuisse promissa, ex mutatione vite, exercitatis viri virtutum contrariarum, Et ex constanti usurpatione mediorum, quibus pravi habitus vincitqueant.... Siqui adhuc sint Confessarii, qui contraria utuntur praxis, non aspiciantur ut lex, aut exemplum; sed caveantur, ut abusus summe perniciens, maxime contra viam spiritus Ecclesie. Que omni latè ac preclarè zelosissimus ille Antistes ibidem probat.

C A P U T X C I X.

*Argumentum octagesimum nonum.*

*Ex præclara Censura, sapientissimique de p.  
nientia reguli Illustriissimi D. Guidonis de  
Seve, laudatissimi Episcopi Atrebatenfis, ad  
versus propositiones sp̄em P. Jacobs.*

**C**enfusam istam, latam post invocationem  
Spiritus sancti, consultationemque plurimo-  
rum Doctorum, Sæcularium ac Regularum,  
eximia probatus ac doctrina, plurimorum quo-  
que Magistrorum celebrissimarum Univer-  
sitatium, relatam habes suprà c. 11. & 44. Nec na-  
cet.